

(Lat. 6638, 22^a contd.)

sed cum Iudeis uideamus eius morti insultare.
 Adque ideo quod consequens est. non inter membra
 Christi. qui volumus imitari. sed potius inter membra
 diaboli quibus uideamus conluctari. mereamus iure
 quod ab eis computari. Tristemur ergo in morte
 Christi cum apostolis. ut mereamus in resurrectione
 eius gaudere cum illis. Doleamus exultantibus
 iniquis ut postmodum gaudeamus lugentibus illis.
 Iudei namque. fides in eius morte pariti. ita probentur
 in eius resurrectione tristari. Ecce ut potius paucis
 enucleauimus. ut diem passionis Christi in afflictione
 carnis et contritione cordis. conueniat celebrari.
 q^d uis uerba. non subpeditauerint. quibus q^d sentio
 exprimere ualeo. Res nunc prout facunda lingua
~~dominus~~ largiente offerat. itidem breuiter expedire
 cum sanctorum dies quibus ab hoc seculo transiunt.
 summis laudibus et magna reuelamus alacritate.
 Ubi primo recolendum censes omnes christianos
 in Christo fratres esse. ipso domino cunctis
 in se credentibus sic protestante. Patrem nolite
 uobis iocare super terram. Unus est enim pater
 uester qui in celis est. Omnes autem uos fratres
 estis. Omnes itaque qui iam de hoc mundo
 recesserunt. sine qui adhuc uesantur in hoc
 mundo. siue qui futuri sunt. usque ad finem
 seculi credentes in xpo. fratres esse ueraciter
 constat. utpote uno baptismatis regeneratione
 in Christo renatos. unius matris ecclesie

amk
 J. M. H. H.
 1894/10/27

(23^a)